

tia, sed tùm maximè, quia illius animus ab illis scientiis et studiis academicis prorsùs est alienus. Munus professorium quidem exercet, quod à patre accepit, verùm ipsam medicinam nec theoreticam, nec practicam curat, et alias scientias nullo habet in pretio. Lætatur tamen et gloriatur quod methodum patris sui calycinam, prorsùs neglectam, ex oblivione extraxeris, eamque eruditè commendaris.

Summâ cum voluptate legi tua mira inventa de *Tœniâ*. Perge, vir oculatissime, universi miracula rimari et aliis patefacere. Amicus meus D. Herrenskwent, medic. Helvetus, præ se habet arcanum, cujus ope, intrâ 24 horas *Tœniam* per alvum deturbat, et sic duodecim Genevenses sanavit. Jàm degit Parisiis et est medicus Principis de *Saxe-Gota*.

Cùm maximè lætarer quòd Archiater D. Chicoyneau \* me solum demonstrationibus botanicis præfici voluisset \*\*, ille spontè sententiam mutavit et mihi socium addidit, crassum botanicastrum, qui

---

\* Professeur et probablement Recteur de l'Université de Montpellier.

\*\* De Sauvages professa d'abord la botanique avec Fitz-Gérald, et il sut rendre son cours si intéressant qu'on le suivait en foule. Les dames même assistaient à ses leçons, et l'accompagnaient dans ses herborisations à la campagne. Il enrichit son jardin d'un grand